

kat.komp.
59362
III Mag. St. Dr.

Cybulski Andreas Josephi: Quaestio metaphysica de existentia.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QVÆSTIO METAPHYSICA,

De Existentia.

59262 III

Ex Libro Secundo Metaphysicorum Aristotelis Cap: 7.

DEPROMPTA.

Sub Auspicatissimo Regimine,

Magnifici Perillustris & Reverendissimi Domini,

D. M. MARTINI WALESZYNSKI,

Sacræ Theologiæ DOCTORIS & Professoris, Collegij Majoris SENIORIS PATRIS, Ecclesiarum Cathedralis Cracoviensis CANONICI, Montis S. GEORGIJ in Scepusio & Præmykoviensis PRÆPOSITI, Contubernij Hierozolymitani PROVISORIS, Canonizationis B. JOANNIS CANTIJ PROCVRATORIS, Librorum per Diæcesim Cracoviensem Ordinarij CENSORIS, Studij Generalis Vniversitatis Cracoviensis PROCANCELLARIJ ac Vigilantissimi



RECTORIS

A

M. ANDREA IOSEPHO CYBVLSKI,

Philosophiæ Doctore & Professore, Collega Minore.

Pro Loco in Collegio Majori obtinendo publicè ad disputandum

In Peraugusto CC. DD. Theologorũ Lectorio.

PROPOSITA.

Annô Domini M. DCC. XXXIII. *Die* 10 *Mensis Ianuarij.*

CRACOVIÆ, TYPIS UNIVERSITATIS.

m. m. m. m. m.

QVÆSTIO METAPHYSICA.

U. Exiſtentia, qvæ eſt ultima & ſubſtantialis actualitas Entis; unica in toto compoſito; realiter diſtincta ab eſſentia; ſit proprius effectus ſolius DEI necne!

CONCLVSIO I.

Exiſtentia eſt ultima & ſubſtantialis actualitas Entis.

COROLLARIA.

I. *Exiſtentia eſt ultima actualitas non ſecundum qvid, sed ſimpliciter.*

II. *Exiſtentia alia eſt creata; alia increata; alia ſubſtantialis alia accidentalis.*

III. *Exiſtere primariò competit ſubſtantiæ, ſecundariò accidenti.*

IV. *Licet exiſtentia creata ſubſtantialis ſit extra eſſentiam rei exiſtentis, neq; tamen ideo dici debet accidens Prædicamentale.*

V. *Ratio formalis exiſtentiæ non eſt rem utcunq; ponere extra cauſas ſuas, sed ultimò & completè.*

CON-

CONCLVSIO. II.

In toto compoſito ſubſtantiali unica tantùm datur Exiſtentia.

COROLLARIA.

I. Exiſtentia debet proportionari cum re cujus eſt exiſtentia.
II. Simplicior eſt rerum Spiritualium, quàm corporalium.
III. In rebus tam ſimplicibus quàm compoſitis eſt indiviſibilis.
IV. Tàm ſubſtantialis quàm accidentalis perfectior eſt ipſamet eſſentia cujus eſt.
V. Plures exiſtentiæ partiales non poſſunt conſtituere unam totalem.

CONCLVSIO III.

Exiſtentia in creatis realiter diſtingvitur ab Eſſentia.

COROLLARIA.

I. Non solùm in ſubſtantijs, ſed etiam in accidentibus eſſentia ab exiſtentia re ipſa diſtingvitur.
II. In ſubſtantijs non solùm diſtingvitur ab eſſentia, ſed etiam à ſubſiſtentia.
III. Exiſtentia non habet peculiarem exiſtentiam à ſe diſtinctam quà exiſtat.
IV. Subſtantialis exiſtentia ad Genus ſubſtantiæ, accidentalis vero ad Genus accidentis revocatur.
V. Licet exiſtentia diſtincta ab eſſentia ſit ſumma actualitas; non tamen inde dici poteſt actus purus.

CON-

CONCLUSIO IV.

Existentia est proprius effectus solius DEI.

COROLLARIA.

I. *Existentia tàm rerum ingenerabilium & incorruptibilium, quàm rerum generabilium & corruptibilium est effectus solius DEI.*

II. *In rebus quæ creantur concreatur; in illis quæ non creantur, non educitur, sed comproducitur.*

III. *Existentia tam in creatis, quàm generatis habet rationem modi.*

IV. *Hæc à causis secundis solum instrumentaliter producitur.*

V. *A DEO autem uti in produci, ita & conservari ut à Causa principali dependet.*

CVI SIT LAVS, HONOR, ET GLORIA

In perpetuum.

Permissu Magnifici Dñi RECTORIS.



Z. XXII. 31.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0025237

~~Cybulski stud. lor.~~

~~Quaestio metaphysica de existentia.~~